



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Ioannes Eremita Gandai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

IOANNES EREMITA

Gandavi.

29. *Sept.* **N**Atione Gandauenſi vulgò Eremita S. Claudij nuncupatus, idè fortaffis, quod ad S. Claudij fanum in Burgundia celebre, piam ſapius peregrinationem inſtituiſſet. Ob ſanctitatis opinionè Regibus Galliaë & Angliaë tunc inter ſe belligerantibus carus fuit. Obiit autem anno 1419. Trecis in Campania mortuo cadaueri in eo coenaculo vbi obierat mero meridie ignea columna diutiſſimè apparuit. Sepultus eſt ibidè apud Dominicanos, & è terra eleuatus per Ludouicum Episcopum Trecenſem petente Ludouico XI. Gallorum Rege: qui & per litteras inſtitit pro eius Canonizatione vt fuſè narrat Nicolaus Camuzaus in Promptuario antiquitatum Trecenſium anno 1610. edito. Plurimis eum vigiſſe ſuo tempore miraculis teſtatur idem Ludouicus Galliaë Rex in ſuis ad Romanum Pontificem litteris. Inter alia ſuo patri maſculam ſponendiſſe prolem quaë poſt ipſum pacificè regnum Galliaë poſſideret, Anglorum verò Regi nolenti pacem, citam prædixiſſe mortem, quaë & ſubſecuta eſt. Vide dictum Promptuarium fol. 322. & ſequentibus.

IDA VIRGO ET MARTYR.

Gandavi.

20. *Iun.* **H**Ac die, inquit Molanus, depositio ſanctæ Idæ, cuius corpus quieſcat Gandavi in Paroeciali Eccleſia ſancti Ioannis, qui nunc eſt Cathedralis S. Bauonis. Natalem tamen eius Canonici non celebrant, quid autem fecerit
Parochia.